Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

778 - 780

urn:nbn:de:bsz:31-326693

Visual Library

atcontra solidos 600 ea ratione, ut ab hac die ipsas res superius nominatas habeas, teneas atque possideas et tuis posteris ad possidendum derelinquas faciendi quod voluerint, liberam ac firmissimam in dei nomine in omnibus habeatis potestatem. si ego aut heredes mei vel quislibet ulla opposita persona, qui contra hanc venditionem a me factam venire temptaverit aut inrumpere voluerit, tunc inferat tibi tuisque heredibus dupla repetione auri uncias 20, argenti pondera 15; et nihilominus sed presens venditio hæc omni tempore firma et inviolata permaneat stipulatione subnixa. actum pridie kalendas apriles anno 10 regni domni Karoli regis. + Imminun, quæ hanc venditionem fieri rogavit + Vodalrichi comitis + Ascrichi + Otrichi + Ratberti + Uuiloni + Hattoni + Berahtgario. ego Asaph rogatus scripsi[1].

Aus Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 38 nr. 61 nach einem Fuldaer Chartular des 9ten Jahrh. f. 7ᵇ mit der Ueberschrift karta venditionis Immæ. *Darnach auch bei Schannat Corp. tradit. Fuld. p. 30 nr. 56 mit dem Datum* pridie idus april. = *Grandidier Hist. d'Als. I p. j. p. 41 nr. 81 im Auszug.*

18. *Alderih verkauft dem Mönch Rihbald des Klosters Weissenburg ein Grundstück mit Haus innerhalb der Mauern Straßburgs für 8 Unzen Silber. 780 November 18 Straßburg.*

Domino fratre Rihbaldo monacho de monasterio, quod dicitur Uuizenburg in honore sancti Petri constructum, ego Aldericus venditor vendidisse me tibi constat. ita et vendidi infra murus civitatis Argentoratinse areale cum casa superposita. et ipse areale ha[bet][a] terminos: ab uno latu tenet Uuicberto et Albuino clericus, ab alio latu tenet Abbo et Landulfus[b], ab uno vero fronte est strada publica. unde accepi a te in precium, sicut inter nos conplacuit atque convenit, in argento uncias 8. in ea vero ratione ipsam rem tibi vendo vel ad ipsa casa dei dono de jure meo in jurem vestram trado atque transfundo ita, ut quicquid ab hac die habeatis ad ipso monasterio sancto facere quo volueritis liberam ac firmissimam in dei nomen[c] perfruatis arbitrium. si quis vero, quod fieri non credo, et cetera[d]. stipulacione subnixa. actum publice in civitate Argentoratinse sub die 14 kalendas decembris anno 13 regni domni nostri Caroli gloriosissimi regis. testes Alderih, Hunolt, filius eius Hilmunt, Germunt, Gisalfrit, Bilifrit, Heimericho, Herirato, Gundalberto. ego Haidulfus scripsi et subscripsi.

W aus dem cod. tradit. Wizenburg. zu Speier von der ersten Hand desselben eingetragen mit der Ueberschrift: venditio Alderichi de pago Alisacin. quam vendidit Rihbaldo monacho.

Gedruckt daraus bei Zeuss Tradit. Wizenb. p. 143 nr. 153.

a) *W* ha *am Zeilenabschluss.* b) *W in* Landulfus *das* l *dem* u *übergeschrieben.* c) *W* nom *mit Abkürzungsstrich über* m. d) *W* ceter *mit Abkürzungsstrich über* r.

---

1 *Nach dem Fuldaer Copialbuch des Mönches Eberhard sæc. XII verleiht Imma in Gemeinschaft mit ihrem Sohn die oben genannten Güter dem heiligen Bonifaz. Vergl. Dronke Tradit. et antiq. Fuld. p. 5.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg